GREGORIUS MAGNUS
12. Jh. Seite 20r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pallio uelatur: quia coram illo exante acta uita
confunditur. Vnde et paplm eisdem gentib' dr. quem g°
fructum habuistis tunc in illis. in quib' nunc erubescitis.
Quia g' poues hebreos a pascuis legis ad fidem uenientes ac
cipimus. nil obstat ut p camelos tortos morib' atq; onus-
-tos dolorum cultibus gentilium pplos sentiam°. Quia eni ex se
met ipsis sibi inuenerunt deos quos colerent. quasi a semet
ipsis eis onus in dorso excreuerat quod portarent. Potest
et iam p camelos quia commune sunt est animal samarita
norum uita signari. Cameli namq; ruminant. sed nequa
quam ungulam findunt. Samarii hani quoq; quasi ruminant.
quia ex parte legis uerba recipiunt. et quasi non findunt. ungula
quia eam pparte contempnunt. Qui et graue onus in
dorso mentis tolerant. quia in omne qd faciunt sine spe
eternitatis elaborant. fidem quippe resurrectionis nesci
unt; et quid esse grauius atq; onustius potest. quam ad flicti
onem scli pretereuntis ppeti. et nequaquam ad releuationem
mentis gaudia remunerationis sperare. Sed quia in carne
dns apparens et hebreorum pplos pfectionis gram impleuit. et
samaritanorum quosdam ad cognitionem fidei mira opera osten
dendo pduxit. Dicatur recte de umbra que ueritatem ex
primere. quod et septem milia ouium et camelorum tria milia
possideret. Sequitur. Quingenta iuga boum. et quingente xx
asine. Iam superius dictum est. qd in quinquagenario nume
ro qui septem ebdomadib' ac monade addito impletur re
quies designatur. denario aut numero summa pfectio
nis exprimitur. Quia uero fidelib' pfectio quietis pmittitur.
quasi quinquagenario decies ducto. ad quingentesimum
peruenitur. In scriptura aut sacra boum nomine aliquando
hebitudo fatuorum aliquando bene operantium uita signatur.